



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Annotationes tres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

Decima: quomodo in templo docuit, pag. 168.

Vndecima: de Lazari suscitatio-
ne, pag. 166.

Dodecima: de gestis in die palmarum, pag. 168.

Notanda hoc loco sunt hæc tria.

Primo: quòd in hac secunda hebdomada iuxta temporis facultatem, & utilitatem personæ sese exercentis, possunt aliquot meditationes vel adiaci, vt de mysteriis Visitationis, pastorum, Circumcisionis, & trium Regum; vel subtrahi ex suprapositis: quippe, quæ introductione tantum delineantur, ad formandam melius contemplationem.

Secundo: * quod inchoanda est electionum discussio à contemplatione discessus **CHRISTI** ex Nazareth Iordanem versus vsque ad eam, quæ fit quinto die, simul comprehendendam.

Tertio: quòd antequam electionum materiam aggrediamur, vt ad capessendam germanam **C**HRI-**S**TI doctrinam affectum nostrum disponamus, apprime iuuat considerare, ac per diem totum reuoluere identidem tres sequentes modos humilitatis; nec non colloquia dicenda, crebro agitare.

Primus humilitatis modus hic est, ad salutem necessarius, vt me peuitus subdam diuinæ legi obseruandæ: vtque ne mundi quidem totius oblato mihi dominio, vel extremo vitæ discrimine obiecto, transgrediar ex deliberato, mandatum vllum diuinum, aut humanum, quod quidem peccati mortalis vinculo nos obliget.

Secundus, maioris est perfectionis; vt fixo animo ad diuitias, paupertatem; honorem, ignominiam; breuitatem vitæ, ac longitudinem; æque

sim pro-